PRÆSIDIORVM DESCRIPTIONES

Aduerſus peſtiferam luem

BARTHOLOMÆI BONACCVRSII
Bononienſis Philoſophiæ, ac Medicinæ
Doctoris Collegiati.

A FR. GABRIELE MELLETIO
Ord. Min. Con. Sacræ Theologiæ Doctore,
ac Profeſſore in lucem editæ.



Bononiæ, ex Typographia Clementis Ferronij 1630.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

BERNARDINO SPADAE
S R. E. Cardinali Eminentiſsimo,
Sanctiſs. D N. VRBANI OCTAVI
Bononiæ à latere Legato,
Quem
Iſtius Legationis principium commendat,
Progreſſus cohoneſtat,
Finis coronabit,
Qui
In principio ſpem excitauit,
In progreſſu laudem promeruit,
In fine palmam conquiret,
Qui
Non contentus agere peragere nititur,
Vnum ſiquidem eſt arbitrij, alterum virtutis, vtrumq́. conſtantiæ,
Cuius virtus
Inimica otij, amica exercitij
In præſentis Legationis vicibus
Proprio non caruit experimento,
Quam probarunt
Peſtis, Fames, Bellum,

Digitized by Google

Quibus obuiam iuit
Remedio, Auxilio, Conſilio,
Vnam expellendo, Alteri prouidendo,
Tertio reſiſtendo,
Qui
reparabit
Peſtem lilijs, Famem Apibus,
Bellum enſibus,
Illorum odore, Iſtarum melle,
Tertiorum valore,
Cuius meritis
Aeternas euehit, & appendit deuotiſsimi,
& deuinctiſsimi animi victimas
Fr. Gabriel Melletius Ordinis Min. Con.
Artium, & ſacræ Theol. Doctor,
In Coll. Bonon. Baccalaureus Conuentus,
& ex Phylaliticis Acad. Capricciofus.

Me-

Digitized by Google

Medicamenta hæc, Eminentiſs. Princeps, ſuæ cupida lucis non aliud, quàm veſtri nominis iubar, aut veſtræ auctoritatis ſplendorem iuſta de cauſſa ambire debent, quæ, licet ex auctoris proprij valore natiua prefulgeant ſpecie, & ſpontanea trahant in ſe commendationum encomia, nihilominus tamen adiuncto veſtri nominis, & luminis gratuito fauore faciliùs poterunt mundo exhiberi, & cuiuſuis humanæ intelligentiæ ſeueriora ſubire iudicia. Huic accedit, quod, cum præfata medicamenta ſolam publicę ſalutis, & incolumitatis Ciuium metam ſibi præfigant, illum iuris norma dictante tanquam patruum, & patronum adire debent, cui & ex iniuncto munere, & ex innata benignitate totius tuendæ ſalutis in alma Ciuitate præcipua moles incumbit. Ijs adhuc geminata cohærent motiua, quæ præſentibus operibus ad Dominationem Veſtram Eminentiſſimam quaſi connaturalem præbent acceſſum, deuotam .ſ. auctoris

ſeruitutem, & meam votiuam venerationem, quas ambo, merito veſtro impellente, & animo noſtro inclinante, nomini, & protectioni veſtræ ſacramus indefeſſi. Hoc vnum ego ſolus adiungam, vt dum Dominatio Veſtra Eminentiſſima ſolitæ ſuæ benignitatis inſtinctu ducta ſuæ conſiderationis aciem in operam preſentem conuertet, quod in ea vnius conſideret valorem, alterius non deneget affectum, amborum excipiat ſeruitutem, ità humiliter deprecante

Dominationis Veſtræ Eminentiſs.

Obſequentiſs. ſeruo, & cliente

Fr. Gabriele Melletio O. M. C.

Digitized by Google

Operis argumentum.

NVper fauente ſuauis auræ ſuffragio ad aures meas peruenit ex litterariæ virtutis officina quorundam priuatorum medicaminum genus auctore D. Bartholomæo Bonaccurſio Philoſ. ac Medicinæ Doctore publico profeſſore, ac Collegiato prodijſſe, quæ contra iſtam infenſam, & infeſtam humanis corporibus luem hiſce temporibus graſſantem non vulgari præualebant virtutis, & medelæ præſidio, idcircò animus meus illicò moræ impatiens aliena ſentiens præfati remedij encomia efferri propria iudicauit auctori proprio vota offerri, vt illa publicæ luci exponere vellet, quæ adhuc, vt ità dicam, intrà priuatos parietes, & ſecretas anguſtias detinebãtur incluſa, vt (inquam) mirabilis,& probata illorum medicaminum virtus, quæ iam dictitantis, & famulantis famæ adminiculo, & aura non paucorum aures ferierat, accedente deſideratæ lucis vſura, & beneficio

appetentibus oculis communis foret, & explorata, nam ſi aures præceptis erudiantur, oculi exemplis confirmantur, vnum eſt doctrinæ; alterum virtutis, vtrumq. non vulgaris ſapientiæ teſtimonium, & quia huiuſmodi conſtructio, & compoſitio ex officina noſtræ Franciſcanæ Domus, & Conuẽtus, tanquam ex materia, mediante D. Bonaccurſij valore fuit educta, idcircò procliuius, & propenſius accinctam ad preces validiori conatu exhibui, & adhibui linguam meam, vt ſupradictis medicaminibus natiuam impetrarem ex proprij auctoris conſenſu, & beneplacito lucem, accedente ad id talium medicaminum experimento facto à non paucis clariſſimis Ciuibus, Baronibus, Principibus, quæ præfata medicamenta, vt ſacculos, pulueres, & electuaria Fratris Franciſci Sacchi Conuentualis Confratris noſtri mirabili induſtria, & labore compacta mirificè comprobarunt, & oleum, ac ſal à F. Chriſtophoro Conſul Cremonenſi Ieſuato apprimè, & primò compoſitum, & apud nos perfectiſſimè à dicto F. Franciſco componẽdum non inaniter ſunt experti. Auctor interim non

tam

Digitized by Google

 37

tam cupidus auræ, quàm ſtudioſus publicæ ſalutis modeſto excuſationis officio, & ſuis medicaminibus lucem, & meis precibus præcludebat effectum, dicens, ſe talia ex penu proprio brèui,& immatura Pallade deprompſiſſe ferè coactum;ſed cum vlteriùs meis inſtarem petitis, & præcipuè allegarem, non mediocrem exinde publicæ ſalutis, & vtilitatis frugem fore deriuandam, tandem repetitis acquieuit obtutibus,vnde reiterata apud auctorem vota ad publicæ ſalutis motiuum fœcunda reportaui: verùm ijs obtentis mihi ab auctore ſciſcitanti, ſub quanam conditionis vice, & exigentia ſupradicta operarentur medicamina,non inane dubium fundata,ſuiſq. ſtabilita doctrinis reſponſione peregregiè reſoluit auctor, dicens, præfata medicamina reſiſtendi conditionem nacta fuiſſe, quæ non expellédo primò, ſed reſiſtendo præſunt, & medentur, iſtud quidem principaliter, & directè, illud concomitanter,& ſecundariò, hęc ſiquidem medicamenta nullo pacto humores agitant, alterant, aut calefaciunt, quemadmodum ſudorifica, quibus oppoſita medendi inſita

 eſt

Digitized by Google

eſt naturæ exigentia, quæ non reſiſtẽdo, ſed expellendo primò iſtud principaliter, & illud ſecundariò ſuos ſortiuntur effectus, quorum vſus hiſce temporibus caloris prędominio ſubiectis præcluditur, & prohibetur, nam in medicamentis calidæ qualitatis caloris regnum virtutem, & efficaciam ſuſpendit, accedente ad id Galeni auctoritatę, & doctrina in tractatu de Theriaca ad Piſonem cap. 17. vbi Piſoni tẽporibus calidis ab vſu Theriacæ, & naturis calidis ſupraſedendum eſſe notanter inſinuat, quippe quæ ratione ſtationis calidæ prędominantis non conferrent ſaluti, ſed verterentur nocumẽto, quæ veritas annuente, & approbante omniũ ferè optimorum auctorum conſenſu, & auctoritate fulta, & ſtabilita conſiſtit. Sed tanta eſt auctoris virtus, vt inter iſtos recitatorum medicaminũ terminos nequiuerit coarctari, cum ipſius peritia eò eminentiæ, & perfectionis attigerit, vt non paucorum nomine, & fama celeberrimorum Medicorum anteactam videatur obſcurare ſublimitatem, cum vlteriora ſuæ virtutis experimenta non alienis emendicata exemplaribus, ſed propria

pria fabricata Minerua non minùs vtiliter, quàm ſubtiliter elaborauerit Patrię ſuę modò languentis, & laborantis amore correptus, & publicæ ſalutis inductus incentiuo, cuius virtutem dum admiror, duo in me experior exoriri, & in promptu conſurgere oppoſita motiua, vnum, quod me ſollicitum reddat alieni obſequij, alterum, quod me efficiat memorem propriæ miſeriæ, dum enim illius cógratulor valori, tunc meæ commiſereor penuriæ dicendi, nam meis impoſitam, & ſuſceptam vicibus explicandi tanti valoris, & meriti facultatem, quam facundia linguæ, & vbertate calami exarare deberem, illa balbutiente, & iſto deficiente mihi contexere contingit, tribuens admirationi, & ſilentio, quod deberem ſoluere pennæ, & encomio, nihilominus tamen tanta eſt inſita, & innata ipſius almæ virtutis vis, & poteſtas, vt ipſos quoq. mutos, & elingues excitet ad dicēdum, qui non tàm laudatam virtutem honorant obſequio linguæ, quàm à virtute laudata honorantur beneficio permiſſæ, & conceſſæ loquelæ, ipſa ſiquidem virtus non indiget alienæ laudis encomio,

 quæ

quæ propriæ excellentiæ nitet circumfuſa
ſplendore, nec recipit à laudantibus ſuæ incrementum gloriæ, quæ vice verſa laudata laudanti mercedem retribuit,& repādit honoris,dū præcipuè animos,& calamos ſpontaneo natiuæ inclinationis pondere ſuis obſequijs accinctos experitur. Sed vt ad propoſitum reuertamur,neminem latere debet, quod præfatus auctor vltrà ſupradicta medicamina, perfectiſſima etiam alia cōpoſuit remedia, conſtruxit ſiquidem mirabili artificio extractum ſolutiuum tali virtute,& efficacia præditum,vt illius quæuis modica,& perexigua quātitas quoslibet,quamuis craſſos abundātes,& tenaciter adhęrētes humores apprimè incidat, detergat, atq. educat: ſciēs vlterius, auctori familiarem eſſe quandam aquam ſolutiuam inextimabilis, & inauditi valoris,ab illo iterum ſum ſciſcitatus, vt illam typis mandando communem lucis vſuram impertiretur, illiuſq. vſum in noſtra Franciſcana officina præfato Fratri Franciſco curam gerenti ſolita benignitate concederet.Non deerunt etiam alia iuxtà temporis, & morbi occaſionem auctoris ſtudio, &

virtuti excogitanda opportuna remedia, quorum ſicuti nouitatem, ità & efficaciam probabunt dilectiſſimi conciues, præcipuè ſi iſtius ingruentis,& regnantis morbi calamitas creſceret, & vlteriores ageret ſuæ peſtiferæ luis radices, quod Deus auertat.



Oleum

Oleum peſtis præſeruatiuum, arcens venena, ſanans ſtrumas aduerſus cancrum, ac vlcera diſepulota, & vermes exiccans.

℞. Florum Hyporiconis maturiſs. lib. 1.
Oleo Hyporiç. ac aqua ardenti irrorentur per diem naturalem, maneantq. in digeſtione.

Radicum Tormentillæ Carlinæ Ariſtolochiæ rotundæ Centaureæ maioris	an ℥ vj.
Sandalorum omnium Spicæ nardi celticæ Dictamni Baccar. Iuniperi Zodoariæ Gentianæ Imperatoriæ Cardui benedicti	an on. ſ.

Digitized by Google

Carpobalſami
Doronici
Corticum Citri
Foliorum Perſici
Artemiſiæ
Rutæ
Betonicæ
Scordij
Camedris — an̄ ʒ iij.

Radicum Pimpinellæ
Valerianæ maioris
Vincetoxici
Behen vtriuſq́. — an̄ ʒ ij. ſ.

Radicum Anthoræ
Scorzoneræ
Biſtortæ — an̄ ʒ v.

Muſci
Maceris — an̄ ʒ ij.

Garyophylorum ʒ i. ſ.

Digitized by Google

Inciſis incidendis, ac contuſis contundendis omnia macerētur per tres dies in ſufficienti quantitate vini maluatici optimi, & dulcis, quæ poterit eſſe ad lib. v. Deinde addantur aliæ lib. xxv. eiuſdem vini, bulliantq́. ad perfectiſſimam coctionem, poſtea prælo fiat expreſſio fortiſſima. Et abiectis illis ſimplicibus effætis iterum preſcripta ſimplicia recentia reſumantur, & expreſſo decocto addātur, quę oīa in vaſe fictili ponantur, ſuperaddēdo

Buſonem montis magnum viuum.
Viperam viuam.
Ranam.
Lacertam magnam.
Cochleas v.
Scorpiones diebus canicularibus captos num. xxxxx.
Ligni Aloes on. ſ.
Theriacæ opt. } añ
Mitridati opt. } on. ij.
Belzoini } añ.
Galbani } on. j. ſ.
Laudani } añ.
Charabe } on. j.
Myrrhæ }

Olei

Olei vetuſtiſſimi lib. v.
Olei Hypericonis lib. ij. ſ.

Cineribus ſtillentur omnia, terq́. fiat cohobatio, tandem oleum decantetur, quo inũgitur cordis regio ſub axillis, & inguina ad peſtem arcendam. Ex remanentibus conficitur ſal optimè valens, & aduerſus ea, quæ oleum, & ad omnia vlcera phagedenica, ac diſepulota, & alia.

Sacculi ſupra cordis regionem geſtandi.

℞. Arſenici chryſtallini in fruſta on. j.
Ambræ g. vj.
Styracis
Belzoini
Laudani
Vnicornis } añ ʒ ſ.
Carnis bufonis cum oſſibus ſiccæ ʒ j. ſ.
Pulegij
Dictamni } añ ʒ j.
M. & ſ. A. ſtruantur ad cordis formam.

Digitized by Google

Puluis tùm præſeruatiuus, tùm & curatiuus Peſtis pro Magnatibus.

℞. Margaritarum orientaliū perforatarū ʒ ij.

Salium Tormentillæ
Biſtortæ
Vincetoxici
Anthoræ
Succini } añ ʒ j.

Trochiſc. Viperinorum
Salis Coral. rubeorum } añ ʒ j. ſ.

Vnicornis
Lapidis Bezahar } añ ℈ iiij.

Foliorum auri num. xxxxx.

M. & fiat puluis ſubtiliſſimus, cuius doſis erit à granis x. ad grana xv.

Cui pulueri bonum eſſet ſuperbibere on. ij. vel iij. alicuius aquæ ſtillatitiæ, v.g.

Aquarum florum Citri
Acetoſæ } añ on. j. ſ.

Vel ſolā aquā acetoſæ ad on. iij. vel Scorzoneræ, vel Sonchi, ſeu Boraginis, & huiuſmodi.

Si mauelint aſſumentes Electuarium, miſceantur cum conſeruis talibus.

℞. Con-

℞. Conſeruarũ florum Citri
Garyophyl. Noſt.
Boraginis } añ on. j. ſ.
Roſarum Damaſcenarum on. iiij.
M. & cum Iuleb. gemmato reform. Elect. cuius doſis erit à ʒ j. ad ʒ j. ſ.

Alius puluis contra Peſtem.

℞. Margaritarum orient. perforat. ʒ j. ſ.
Vnicornis ʒ ſ.
Lapidis Bezahar ℈ j.
M. & fiat puluis ſubtiliſſimus, cuius doſis erit à g. viij. ad xij.

Liquor contra eandem.

℞. Hyacinthorum
Vnicornis
Smaragdi } añ ʒ ij.
Margaritarum orientalium on. ſ.
Spiritus ſalis on. iij.
Succi Limonum lib. j.
M. & omnia in mathracio ponantur, & per horas 48. mariæ balneo circulentur, deinde liquor à fęcibus ſeparetur.
Cuius liquoris detur ʒ j.

Ex-

Extractum contra eandem.

Ex ſuperiori liquore reſidẽtes fęces erunt Extractum.

Doſis à granis viij. ad ℈ ſ.

Alius puluis contra eandem.

℞. Oſſis de corde Cerui Cornu Cerui vſti Spodij Vnicornis Corallorum rubeorũ Charabe	añ ʒ j.
Margaritarũ oriẽtaliũ perforatarũ Terræ Lemniæ Boli armeni orient. lutei Seminum Citri Oxalidis	añ ℈ iiij.
Saphiri Hyacinthi Smaragdi	añ ʒ ſ.
Radicis Tormentillæ Scordij	añ ʒ ij.
Sandal. Citrinorum Xilobalſami Lapidis Bezahar	añ ℈ ij.
Radicis Anthoræ Biſtortæ	añ ʒ ij. ſ.

Tro-

Digitized by Google

Trochiſcorum Viperæ ʒ j. ſ.

Florum Nimpheæ Croci Radicum Centaureæ maioris Valerianæ Behen vtriuſq́. Pimpinellæ Vincetoxici Scabioſæ	an ℈ ij. ſ.

M.& fiat puluis ſubtiliſſimus, cuius doſis erit à ℈ j. ad ℈ j. ſ.

Elect. verò poteſt confici cum huiuſmodi conſeruis.

℞. Conſeru. Boraginis Bugloſſæ Florum Citri	an. on. iiij.

Garyophyl. Noſt. on. iij.
Roſarum Damaſcenarum lib. j.

M.& cum ſyrupo de corticibus Citri f. elect. doſis erit à ʒ ij. ad ʒ iij.

Puluis pro Gregarijs contra eandem.

℞. Mirahidis Seminum Citri Oxalidis	an̄ ʒ j ſ.	
Oſſis de corde Cerui Radicis biſtortæ	an̄ ʒ ij. ſ.	
Cornu Cerui Eboris Aſſari Amaraci Iunci odorati Terræ lemniæ Boli orientalis	an̄ ʒ iij.	
Myrrhæ Mei. Athamantici Radicis garyophylatæ Cinamomi Maceris Thlaſpi Theriacalis Polij	an̄ on. ſ.	
Dictamni Scordij Spici nardi Celticæ	an̄ ʒ ij.	

Cha-

Digitized by Google

Charabe Scabioſæ Rad. Tormentillæ Vincetoxici Pimpinellæ Florum Nimpheæ	añ ʒ vj.
Radicum Valerianæ maioris Centaureæ maioris Trochiſcorum Viperæ	añ on. j.

Garyophyl. ℈ ij.

M. & fiat puluis ſubtiliſſimus dosis erit à ℈ j. ad ʒ ſ.

Digitized by Google

Paſta pro pilulis odorandis.

℞. Ligni Aloes } añ
Balſami orient. } ʒ ij.
Maceris j.
Styracis calamitæ
Charabe } añ
Dictamni } ʒ iij.
Laudani
Belzoini ʒ ij. ſ.
Moſchi gr. v.
Ambræ ℈ ſ.
Radicis Irios orient. } añ.
Roſarum moſchelinarum } on. ſ.
Sandal. alborum
Maſtycis } añ ʒ j ſ.
Corticum Citri
Garyophyl. ℈ j.
Zibetti gr. x.
Gummata cum aqua florum Citri diſſol-
uãtur, deinde cum tragacãtho in aqua
roſarum diſſoluto fiat paſta.

Adm.

Digitized by Google

Adm. Reuer. Patri

GABRIELI MELLETIO

MIN. CON.

Artium, & Sacræ Theologiæ Doctori, ac Profeſſori.

PETIIT vnà cum alijs Paternitas tua Admodum Reuerenda, non tam ſeueræ conſiderationis pondere ducta, quàm natiuæ benignitatis mota instinctu, vt præſidiorum præpoſitæ deſcriptiones à me breui conſcriptæ, & ob temporis huiuſce calamitatem, anguſtiamq. parum euentilatæ publicam prodirent in lucem; exiſtimãs quibuſdam experimentis fiſa, publico non parum profuturas eſſe: Quapropter non renuens petitis, atque fultus aura doctiſſimorum virorum; quorum ſenſus huiuſmodi conſiderationes ſubierũt maturos, & ſecun-

dos reportarunt conſenſus, illas tuis exponó nutibus; verũ cum talem Paternitas tua ſuis incubituram lacertis curam ſuſceperit, illam monitam peroptarem, huiuſmodi præſidia omni temporum conſtitutione valere, quippè quæ talem calleãt conditionem, vt temperata non irritent, nec humores agitent, ad inſtar calidi, ac ſudorifici medicaminis, cuius vſus, ſicuti temporibus frigidis, vel ad frigus vergẽtibus vertitur adiumento, ita temporibus calidis, vel ad calorem tendentibus tribuitur nocumento Galeni rationibus, exemplo de theriaca, vbi ad Piſonem ſcribens Galenus de theriaca cap. 17. teſtatum reliquit, temporibus, ac regionibus calidis theriacã non eſſe vtendum; conſimiliter ſedulò admonet, ne mediæ ætatis homines, neque calidæ naturæ multoties ea vtantur, & pro coronide quaſi ſententiam aſſumens Piſonem admonet; quod ſi & tu Piſo in æſtuoſa fueris regione, noli theriaca vti.

Sciendum vlterius docente Galeno, corpora huiuſmodi præſidijs vtẽntia nullorum humorum mole grauata eſſe debere, ſed pu-

ra; videlicet purgata, ſi naturaliter bonum, autumabat. n. Hippocrates libro de aere, aquis, & locis, aluum lubricam habentes acutis morbis non tentari; quæ ſententia confirmatur à Galeno 6. Aphoriſ. 33. ſi verò ſpontè, & apprimè aluus non fluxerit, tunc expiantibus prauos humores eſt vtendum; innuebat iſdem Gal. 5. Meth. med. cap. 2. à quadam peſte euaſiſſe purgatos prius; quare optans quis ſeruari incolumis, corpus expiare poſſet, vel ſingula hebdomada, vel ſingulo menſe, vel pluries, vel aliquando aſſumēdo aliquod pharmacum valens educere humores prauos. v. g. vel lib. ſ. mell. roſ. ſol. ex ſuccis, vel on. iij. mell. roſ. ſol. cum on. ij. man. electæ, vel ʒ v. electuarij de dactilis, vel on. j. diacatholiconis, vel ʒ-ij. pilularum raſis, vel extractum noſtrum ſolutiuum paratum à Dom. Fuluio Sitano Pharmacopola ad inſigne Gryphi apud S. Petrum, & talis extracti ſumitur ʒ. ſ. tantum, & valet ad expurgandum omnes humores craſſos, aduſtos, lentos, tenues. Corpore à prauis humoribus expiato puluerес, vel electuaria, vel extractum, atq; oleum

ſæpiùs frequententur ſecundũ exigentiam.

Circa res non naturales non laboro, quia norunt omnes, aerem optimum eſſe eligendum, prauumq. fugiendum. Aquilonaris probatur, nam Marcus Varro liberauit Corcyram fenestras aperiendo ad Aquilonem, & reſpicientes meridiem claudendo: Adeò enim pollet aer, vt vni prauo aeri Hyppocrates omnem perniciem in Epid. tribueret, non quod omninò ſemper ſit peſtilens aer, ſed quod adeò ſit aliquando alteratus, vt ab aliquo influxu cœleſti ſyzigia Martis, Saturni, v. g. coniunctione tali in Scorpione, vel cum Ioue, vel ſyzigia ſyderum, quod aer ſic diſpoſitus poteſt corpora ad excellẽtiſſimas putredines adeò diſponere, vt venenum peſtilens facillimè contrahatur; & licet ſaluberrimo gaudere non poſſimus, arte ſaluberrimus paretur, odoramentis æſtate frigidis, vel temperatis, vt violis, roſis, ſandalis, citri corticibus, ligno aloes, aceto roſato, & huiuſmodi. Hieme verò calidis parari poterit; Refert. n. Lucianus in Sytha Toxarim liberaſſe à peſte Athenienſes inſpergendo vinum per vias, ideſt vino purificando ae-

rem.

rem. Razes 4. ad Almanſorem probat linteamina aceto imbuta, ac parietibus appenſa, quod de aere purgando conſideratur, idem aſtruitur de immunditijs omnibus abigendis, atq. de arcendis contagioſis, vt monebat Gal. 1. de differ. feb. c. 2. quia licet contagioſi perfectiuam formam veneni peſtilentis non contraxerint, inchoatiuã etiam poſſunt perficere. Cautheria, à Nicolao Florentino Minodoo, Capiuatio, ac alijs valdè probantur.

Iraſci peſſimum, cum ira adeò humores reddat in calefacto eſſe, vt prauia diſpoſitione facillimè incidant in morbos acutos, atque peſtem. Refert .n. Pauſanias, & Plutar. Taletem Cretenſem fugaſſe peſtem animi lætitia media armonia, quare omnia animi pathemata fugẽtur, vt & Venus ad mentem Aphrodienſes 21. probl. 2.

Corpora nec nimiùm torpeſcãt otio, nec nimiùm exerceantur; crepuſculi tum matutini, tum veſpertini euitentur, necnon caloris æſtus. Cæterum verò per nemora gradiantur homines, riuulos inſpiciendo, volucrum concentus aucupãdo.

Digitized by Google

Veſcantur homines rebus optimi ſucci, necnon optimis vinis.

Hæc in ſingularis obſeruantiæ pignus, qua & tuæ Religioni, & tuæ Paternitati ſum deuotus, & deuinctus, effudi, in quibus ſi deficiat animus, ſuperabundabit affectus, quæ licet vili forſan Minerua, & immatura Pallade exarauerim, ſincero tamen corde promptus deprompſi. Paternitati tuæ, Amicis, & toti Orbi fœliciſſima deprecatus Cœlo fauente, & animo meo vouente auguria.

Veſtræ Pat. Adm. Reuer.

Addictiſſimus ſeruus

Bartholomaeus Bonaccurſius.

Digitized by Google

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Cardinali Spadæ Bononiæ à latere Legato.
De tribus Apibus, & Lilijs, quæ propria virtus ſuis adiunxit inſignibus.

Epigramma.

DVm ſe ſubijciūt oculis tua ſtēmata Princeps
Ad laudes vertunt quælibet ora tuas.
Nobiliora etenim totius ſtemmata mundi
In Bernardini ſtemmate iuncta manent;
Tres cernuntur Apes in ijs, tria Lilia florent,
Illæ Pontifici, Regibus iſta quadrant.
Quàm benè perfectum tibi virtus ſtemma parauit,
Verè perfectum publica fama canit:
Fallimur; haud debet perfectum ſtemma vocari,
Quod completiua conditione caret.
Nam triplex Diadema deeſt inſignibus iſtis,
Vt verè totum perficiatur opus.
Sed quis defectum ſupplebit? prouida Roma,
In cuius regno trina corona micat.

Fr. Gabriel Melletius Acad. Phylaliticus.

Digitized by Google

Ad eumdem Eminentiſs. atq; Reuerendiſs. Card. Spadam Nomine Auctoris.

HErbarum ante tui ſplēdentia lumina vultus
Aromatum, florumq; pono copiam.
Vt ſi naturæ promotor Cynthius, illis
Vim forſan indidiſſet haūd plenariam;
Tu per purpureos animo quos elicis ignes
Perfecta ſolus hæc omnino redderes.

Gaſparus Rhoter Lucernas Phil. & Med. cand.

Per-

Digitized by Google

Perill.atq; Excell. D.D.Bartholomæo Bonaccurſio
Philoſophiæ, ac Medicinæ
Doctori,
Publico Profeſſori, ac Collegiato,
Qui
Doctrina, & experientia ducibus
Non vulgaria reddit ſuæ experimenta virtutis,
Cum
Sæpè doctrinæ non rarò experientiæ
ſemper virtuti incumbat.
Qui iungens arti prudentiam,
leuia non ſpernit, grauia non veretur,
ſed omnibus viriliter obuiam occurrit,
Illis ne premant excedendo,
Iſtis ne opprimant occidendo,
Qui conſueuit
Plurima cogitare, pauca loqui, ſumma operari,
Vnum à doctrina, alterum à prudentia,
tertium à virtute
Depromens.
In cuius ſtemmate
Duos contemplamur Leones ſuæ virtutis
hieroglìphyca,
Vnum fortem, alterum ſtrenuum,
Illum vt reſiſtat, Iſtum vt expellat,
Vtrumq. validum vt liberet.

Qui
Ex æthymologia nominis benè accurrendo,
ex efficacia virtutis optimè ſuccurrit,
Primum trahens à parentibus,
ſecundum proprio conquirens labore,
vtrunq; Cœlo fauente poſſidens.
Cuius virtutibus
Sublimia deprecatur animo deuoto,
& corde votiuo auguria
In ſingularis obſeruantiæ monumentum
Fr. Gabriel Melletius Ord. Min. Con. Academicus
Phylaliticus.

Adm.

Digitized by Google

Adm. Reuer. Patri Gabrieli Melletio Ord. Min. Con. Artium, & ſacræ Theol. Doctori,
Quo fauente, & promulgante præſentia hæc opera optatæ lucis popularem ſubeunt auram.

NOn alio melius quam ſub Gabriele valebant
Hæc opera optatum lucis habere decus,
Angelus eſt etenim lucis, qui nomine lucem
Nuntiat, & propria conditione parat;
Ergò conceſſam ſpirent medicamina lucem,
Quam Gabriel calamo diſtribuente dedit.

Fr. Antonius de Aurelijs à Monte Lupono eiuſd. Ord. Acad. Phylaliticæ Princeps.

Digitized by Google

Ad Excellentiſs. D. D. Bartholomæi Bonaccurſij contra peſtem remedia.

Epigramma.

NEmo mihi poſthac artes fallacis Vlyſſis
Iactitet, aut virgam docta ſybilla tuam.
Nec Phrygis arma viri manibus fabricata cyclopum,
Arma per innumeras firma probata neces.
Altera præ manibus mihi ſcilicet arma; tremendas
Quæ nullas cædes, funera nulla timent.
Non ea de ferro, nec ſunt fallacia dona; at
Quæ Bonacurſina ars, ingeniumq́. dedit.
His armatus ego medias penetrabo phalanges
Morborum, & peſtis mille venena teram.
Deſpera Circe, & tua pocula tolle; tenent plus
Iſta boni; tua quam continuere mali.

Gaſparus Rhoter Lucernas Phil. & Med. cand.

Digitized by Google

SVblime Alcide sì, mà ben potea
E vile ſtar frà le Meonee Ancelle,
E ſenz'honor regger la rocca imbelle,
Se'l foco al ferro hoſtil non aggiungea:

Queſt' il gran Serp'eſtinſe, e queſto bea
Sua fama in terra, e'l corpo frà le Stelle;
Queſto volar' in queſte parti, e'n quelle
Conduſſe'l grido, à quanto più potea.

Così fia poco ſenza te la ſpada
BONACCVRSIO vibrar, d'vn dir sì illuſtre
Contr' il Serpe (Signor) c'hoggi n'vccide;

Dà dunque il fuoco del fauor', e cada
Per queſt'eſtinto il mal, ch'à tanto induſtre
Saper, trema l'Inferno, e'l Cielo arride.

F. Giacomo da Stromboli Min. Con. Acad. Fidalitico.

Al molt'Illuſtre, & Eccellentiſs. Sig. il Sig. Dottor Bartolomeo Bonaccurſio.

ALl'onde, à i venti, e al fulminar di Gioue
Moſtr'il ſaggio nocchier l'acuto ingegno,
Che intrepido nel cor, ſaldo nel legno,
Al gran moto del Mar nulla ſi muoue:

Quanto più sù dal Ciel verſando pioue
La tempeſta crudel, quanto più ſdegno
Borea minaccia, tanto più ritegno
Procur'al danno, ond' il ſoccorſo troue.

O gran valor del buon ſoccorſo fido
(BONACCVRSIO pur tuo) ch'al mar crudele
Di peſte rea reſiſte inuitto all'onde;

E quanto più il gran mal l'alme confonde,
Tanto più inalzi del ſaper le vele,
E ſtruggi col tuo dir l'inſulto infido.

F. Giacomo da Strongoli Min. Con. Acad. Filalitico.

Ad

Ad Excellentiſs. D. D. Bartholomæum Bonaccurſium.

Anagramma.

Bartholomæus Bonaccurſius Medicus.

Alter Machaon, Ros ſubis obuium decus.

NVm dextram docilem magis ſtupeſcam,
Num doctum ingenium magis medendi
Admirer, dubitanter inter iſta
Mens anceps ſimul hæret inter illa.
Nam dum vulneribus mederis, & dum
Morbos læthiferos, febreſq. acutas
Tractas, & fera bella dum mouere
Tentat peſtis atrox, luemq. nobis
Ipſam, & pernitiem parat ſupremam;
Communi video citò medelis
Te ſuccurrere patriæ ſaluti.
Queis verum vt fatear tibi ſupremum
Nomen, perpetuæq. præparaſti
Famæ lemmata; cum velut MACHAON
ALTER natus in orbe ſis, velutq.
Dulcis ROS SVBIS huius orbis oras
Conceſſum DECVS OBVIVM appetendo.
Hoc cum iam fueris benè aſſecutus,
Quod cernam ſupereſt tibi obtinendam
Nil ad nominis æuiternitatem.

Gaſparus Rhoter Lucernas Phil. & Med. cand.

Aliud

Aliud Eiuſdem.

In gentilitia Bonaccurſiorum inſignia.

NVnquam terribili dira feritate Leoni,
　Alter terribilis dicitur eſſe Leo.
Aſt mododum binos contra ſe cerno Leones
　Surgere propoſitum nil rationis habet.
An natura vices ſatagit mutare, ſuaſq́.
　Forſan diuerſo res cupit ire modo?
Non: Natura manet; duplicis ſunt ſymbola ſenſus,
　Pugnam inter morbũ, & pharmaca nẽpè notant.
Hinc & per binos coeunt prælia campos,
　Qui albi, & cærulei lemma coloris habent.
Synceram mentem mihi denotat ille medendi.
　Me medicæ hic artis cœlica dona docet.
Conſtantis monſtrant animi mihi ſigna, Leones
　Quæ ſupra binos, Lilia trina nitent.
Has dum virtutes depingunt ſtemmata nobis,
　Res patet effectu non caruiſſe ſuo.

In oleum mirificum
Excellentiſs. D. Bartholomæi Bonaccurſij,
Quo propè diuina ſalus collata eſt
Adm. R. P. Archangelo de Archangelis à Monte Nouo
Lect. Gen. S. Theol. Ord. Min. Reg. Obſ.

Epigramma.

ITe ſalutifero ſudantia cortice guttas
Balſama in humanas ingenioſa vices:
Ecce nouus didicit ſuccus ſtillare ſalutem,
Quam negat ambroſius, nectareuſq; liquor.
Colchica nam docuit miteſcere ſpicula Peſtis,
Quæ vitæ ex oleo ſuxit iniqua necem.
Lethiferæ poſthac trepidet quis funera Peſtis,
Si hæc ars Angelicum ſoſpitat vna virum?

Digitized by Google

In laudem Periluſt. & Excellentiſs. D. Bartholomæi Bonaccurſij Phil. & Med. Doct. celeberrimi.

Exaſtichon.

IAm peſtis cedit rabies, aconita fugantur,
Iam fiunt ſani, qui iacuere prius.
Pharmaca præclarus medica Bonacurſius arte
Edocuit, languens queis reparatur homo.
Felſina pone metum, curas de pectore pone:
Diuina afflauit plenius aura tibi.

Franciſcus Creſcimbenius.

Per-

Perilluſt. atq; Excellentiſs. D. Bartholomæo Bonaccurſio Phil. & Med. Doct. Patrono, ac Profeſſori ſuo Colendiſſimo.

Anagramma.

Bartolomæus Bonacurſius.
Ars ſolo tuba omnibus curæ.

CEdant peſtiferæ procul hinc, procul inde malignæ,
Cedant Endemiæ Pandemiæq; febres:
Cedant multiplices ægro de corpore peſtes;
Exulet humanis viribus atra lues.
Ceſſent terrigenas rabidi vexare dolores:
Ceſſet morbifici quidquid in orbe mali.
Nam morbus veſter genitor, Luroris origo,
Conſtrictus vinclis colla pedeſq; iacet;
Et gemit inualidas paſſim ſuccumbere vires,
At iuuat haud victas tendere nolle manus.
Quin etiam abſiſtas Podalyria Turba; deinceps
Cum non ſit Veratri vis habitura locum.
Amplius Heſperijs nec opus de montibus herbis,
Nec prodeſt medicas Pſylle rogare manus.
Symmachus, Hippocrates ſileāt: Aeſclapius humor
Diffluat; & medijs cede Galene tuis.

Sci-

Scilicet alter adeſt cœlo demiſſus Apollo
Vnica lethiferis, Qui, medicina malis:
Clara SOLO cuius veluti TVBA perſonat orbem
ARS,ſimul,& CVRÆ,eſt OMNIBVS vna ſatis.
Ille peregrinis virtutem nouit in herbis,
Quæ bene producant, ſeu male fata trahant.
Illius vna manus potis eſt ſedare tumores;
Et potis eſt morbos vna leuare tuos.
Illi dant victas mortem minitantia palmas,
Incautus ſi quis forte venena bibit.
Illum miratur vis morbi cuncta medentem
Atq; coacta febris cedere dira ſtupet.
Illo imo nullus Medicina clarior vnquam,
Clarior abſq; illo nec Medicina fuit.

Gaſparus Rhoter Lucernas Phil. & Med. Cand.

Digitized by Google

D. Bartholomæo Bonaccurſio.

Ode.

DIcta languentis BONACVRA gentis,
Quæ laboranti Patriæ mederis,
Dira cum flammis furit æſtuoſis
Peſtis imago.

Te canam noſtræ columen ſalutis
Grande tutamen; recreare tabe
Seu iuuat tactos, iuuat aut benigna
Excipere aure.

Supplicum voces; tibi ſeruienti
Morbidis cedit fera vis, malumq́;
Sæpè depellis meditando tantum
Corde medelam.

Vexat hos terror pauidus trementes,
Vexat hos Peſtis rabies repentè,
Arte tu cunctis medica ſalutem
Fers BONACVRSI.

Nunc ades lætus tibi dum ſacramus
Læta, & inſigni celebrare pompa
Debitos plauſus iuuat & frequentes
Dicere laudes.

Antonius Aldrouandus.

Per-

Digitized by Google

Perill. atq. Excell. D.D. Bartholomæo Bonaccurſio
Philoſ. ac Medicinæ
Doctori
Publico Profeſſori, ac Collegiato,
In quo
Virt', & gratia natiuā deſtinarūt ſui domicilij ſedē,
Quem
Virtus commendat, Gratia perficit,
Ambabus veluti ſuauibus catenis
Ex omnium mētibus admirationem, ex ſingulorum
cordibus extrahens amores,
Qui
Tantam in medendo adeptus eſt eminentiam,
Vt ipſum
Imparata Pallade, aut inermi manu
Nunquam præuenerint ægrotantium pericula,
Quem
Mirificè docētem Bononienſe ſuſcipit Atheneum,
Operantem non paucæ comprobarunt familiæ,
Hic & Ibi
Triumphantem
Vniuerſa Ciuitas demiratur,
Honoris, & amoris ergò
F. Antonius de Aurelijs à Monte Lupono O. M. C.
in Collegio Bonon. ſacræ Theol. Baccalaureus
& Acad. Phylaliticæ Princeps.

Quod

Digitized by Google

Quod hæc medicamenta D. Bartholomæi Bonaccurſij, iuris norma dictante, debeant mandari typis.

Epigramma.

SI vitalem homini reparẽt medicamina lucem;
Quid pro collata luce repandet homo?
His medicaminibus lucem pro luce repandet,
Atq; alia lucem luce daturus erit.
Nam foret iniuſtus, ſi lucis dona negaret,
A quibus optatæ munera lucis habet.
Aſpiciant igitur iuſtam medicamina lucem,
Quam de condigno iure fauente petunt.

Fr. Gabriel Melletius Min. Con.

Aliud eiuſdem.

Ad ſacculum contra peſtiferam luem, auctore D. Bonaccurſio, à F. Franciſco Saccho Min. Con. compoſitum.

SAcculus eximia pollens virtute paratur,
Qui contra infeſtam continet arma luem;
Ex quanam talis dimanat ſacculus arte?
Sacculus ex ſacco progenitore venit.

All'

Digitized by Google

All' Opra.

SE Natura t'ammira, anzi ſe'l Cielo
Opra più, che di lui degna ti crede,
Se tua virtude ogni virtud'eccede,
E la gran fama eſtingue hormai di Delo;

Se di ſalute ſol viuace zelo,
Che'n te ſi mira, e al commun ben ſe'n riede,
Sol'al diuin s'eguaglia, e s'egli fiede
Di Peſte il Serpe al portentoſo telo;

Se'l mal ti cede nel preſente, e pio,
A più futuro ancor gonfij le vele,
Diſtruggend'ogni influſſo infido, e rio;

In queſto ſol ſi ſcopra, e ſi riuele,
Che qual ſecreto partial di Dio
Ti mett' in luce vn ſol col dir GABRIELE.

Di F. Antonio Aurelij da Monte Lupone Min. Con. de' Filalitici Prencipe.

All'

Digitized by Google

All'Eminentiſs. & Reuerendiſs. Sig. Card. Spada Legato,
Nel profluuio contagioſo della Città di Bologna.

GRan SPADA; il Ciel flagella, e le tue SPADE
In vece di piagar, curan l'offeſe;
Langue FELSINA infetta; à ſue difeſe
Tua aita s'erge, e l'influenza cade.

Tutt'altro grido, al vanto tuo ricade,
Vinto in tenzon di ſalutar conteſe;
A tue ſol glorie, d'alta fama acceſe,
Mira coloſſi alzar la noſtra etade.

N'haurai ſtatue sù'l Reno; e sù'l Tarpeo
Trionfarai di tue vittorie onuſto;
Tolte l'alme al furor di Briareo.

Che turgido ſe ben di fiato aduſto;
Ligio ne vien; qual rediuiuo Anteo;
A ſoggettarſe à Sacro Alcide auguſto.

Raffaelle Rabbia.

Ad

Digitized by Google

Ad Excellentiſs. D. Bartholomaeum Bonaccurſium.

Epigramma.

DVm morbi vitæ tentant extinguere lucem,
Et morte humanas obtenebrare vices,
Præſidijs munita ſuis medicamina ſurgunt,
Quæ vitæ humanæ iura fouendo tenent,
Pullulat auxilium, quod ſubuenientibus armis
Erigit oppreſſos Marte fauente viros,
Alma triumphantem dat Felſina Bartholomæum,
Qui propria inſolitam perdomat arte luem.

Fr. Gabriel Melletius Min. Con.

Ad

Ad medicamenta D. Bartholomæi Bonaccurſij à Reuer. P. Mag. Gabriele Melletio Min. Con. edita in lucem.

Epigramma.

HIs, quæ peſtiferum ſanant medicamina morbum,
Dat Gabriel lucem, Bartholomęus opem.
Vnius officium ſemper ſublimia pandit,
Alterius virtus maxima quæq́. parit.
Inde perexcelſi debebunt eſſe valoris,
Tùm promulgantis, cùm parientis ope.

Fr. Antonius de Aurelijs à Monte Lupono M. C. Academiæ Phylaliticæ Princeps.

Chronologus.

PeſtIs abeſt, Venena VIres non habent
Ars DVM VIget BonaCVrsII.

Operis complementum.

ESt operis præco Gabriel, Bonacurſius auctor,
Et Bernardinus fautor vtriq́. fauet.

Digitized by Google

D. Homobonus de Bonis Pœnitentiarius, pro Illu-ſtriſs. & Reuerendiſs. D. Card. Archiepiſc.

Imprimatur.

Fr. Hieronymus Onuphrius Conſultor S. Officij, pro Reuerendiſs. P. Inquiſit. Bonon.

CVm in noſtra Aromataria cōficiatur, ac diſpenſetur quoddam Empl. bubonibus, antracibuſq. ſummopere opitulans, vt omnes fatentur, ideò illud præſidijs alijs addere non renui, & eſt huiuſmodi.

℞. Pulpæ cæpæ ſub cineribus coctæ lib. ſ.
Antimonij præp. ʒ j.
Radicum vtriuſq; Ellebori an̄ ʒ iij.
Succorū rad. Cucumeris agreſtis } an̄
Ebuli } on. j. ſ.
Oleorum Hyperici on. iij.
Scorpionum on. j.
Theriacæ optimæ on. ij. ſ.
Mellis roſ. colati } an̄
Farinæ lolij } on. iiij.
M. & cum lixiuio dulci formetur emplaſtrū.

Digitized by Google

Digitized by Google

Aqua Bezahartica, cûm Peſtis preſeruatiua, tùm etiam curatiua.

Bartholomæi Bonaccurſij Bononien. Philoſophiæ, & Medicinæ Doct. Collegiati.

℞. Ligni lentiſcini ex Chio Radicũ ſiccarũ in vmbra Scorzoneræ	añ on. iiij.
Liguſtici Vincetoxici Tormentillæ Biſtortæ	añ on. ij.
Ariſtol. longæ Rotundæ Apij	añ on. j.
Bugloſſæ Centaur. mai. Valerianæ	añ on. j. ſ.
Graminis Geranij Garyophylatæ	añ on. ſ.
Coſti arab. ℥ ij. ſ.	
Symphiti Pæoniæ	añ ℥ x.

In-

Incidantur omnia, deinde ponantur in lib. xxx. aquæ communis, & lib. x. vini dulcis albi opt. bulliantq; ad tertiæ partis conſumptionem, poſtea addantur

Fruſtula Citri totius on. viij.
Sem. Citri cont. ʒ j. ſ.
Herbarũ in vmbra exiccat.

Acetoſæ Betonicæ Camedris Cyani Aſter attici Mirrhidis Myrti Muſci	añ ʒ ij.
Ocymi Polij Pimpin. cum rad. Scordij Senetij Sonchi Scabioſæ Saxifragiæ Dictamni	añ ʒ iij.

Se-

Digitized by Google

Seminum Scariolæ } añ
Coriandr. præpar. } ʒ. iij. ſ.
Florum Nympheæ
Roſ. añ
Viol. on. ſ.
Sandal. citrin.
Aquæ communis lib. xxxxx.
Iterum bulliant ad alterius tertię partis conſumptionem, deinde addantur
Sacchari fini lib. ij.
Succi limonum lib. v.
Diſtiſſentur, terq; fiat cohobatio.

Doſis ad præſeruationem eſſe poterit ab on. ij. ad iij.

Ad curationem verò ab on. iij. ad v.

Em-

Emplaſtrum ad proliciendum virus, cum è Bubonibus, tùm ab Anthracibus.

℞. Antimonij hyacinthini ℈ ij.
Charabe
Carnis Bufonis calcinatæ } an̄ ʒ iij.
Pulueris Perſicariæ
Felis bouini ʒ v.
Aceti Theriacalis on. j. ſ.
Croci ʒ ſ.
Fermenti acris ſicci on. iij.
M. & cum decocto radicum Altheæ, Scordij, ac Centaureæ maioris fiat Emplaſtrum.

Aliud.

℞. Carnis bufonis calcinatæ ʒ iij.
Perſicariæ m. j.
Stercoris columbini on. ſ.
Felis bouini ʒ vj.
Aceti Theriacalis } an̄
Mellis roſac. } on. j. ſ.
Farinarum Melegæ } an̄
Ciceris } on. ij.
M. & cum lacte muliebri q. ſ. f. Emplaſtrum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google